Pramen. diœc. eiusd. 2 fl. | Sorricen. Diœc. Cul. 2 fl.
Vachocense diœc. eiusd. 3 fl. | Coronovien. diœc. Vladisl. 2 fl.
Pelplinen. eiusd. diœc. 2 fl. | Blezovien. diœc. Posnan. 2 fl.
Olobocen. diœcesis Gnezn. 2 fl. | Ouenescen. diœc. Posnan. 1 fl.

3. Praeterea si quod commune Ordis negotium occurrerit, pro eius prosecutione Vicarius ex consilio duorum Abbatum taxam aliquam rei consentaneam, poterit ipse tam imponere, et sub poena et censuris Abbates oes et Abbatissas ad solvend. compellere, de summa vero recepta et expensa, rationem reddere tenebitur, requisitus ab eis qui solverint.

De distributione horar. per totum annum Cap. XXXXII.

Per Hyemem. Uno quadrante ante 3am nocte surgent ad Vigilias Dni persolvendas. Diebus festis duorum Missarum et Dnicis hora 2a. In festis unius Missae media 3a. Diebus vero Sermonum media 2a. Quadrante post 6am excitator signum dare conveniet ad lectionem sive meditationem Spualem. Festivis vero diebus media 6a. Tertio quadrante ante 7am pulsabitur ad 7am, qua finita ibunt ad Capitulum. Post Capitulum si datum fuerit signum ad labores, laborabunt, sin autem piis aliis exercitiis se occupabunt. Eodem tpre celebrabunt Sacerdotes privata sua sacra. Media 9a dabitur signum ad Missam, et transacto quadrante secdm: caeteraq solito fient more, nisi quod festis diebus hora 8 primum pulsabitur signum, et diebus ieiunior. uno quadrante ante nonam. Sexta absoluta audietur primum signum ad prandium, et subsequenti quadrante, examine conscientiis occupabuntur, quo transacto alterum signum ad mensam sive prandium dabitur. Diebus ieiunior. hora undecima secdm signum. Post prandium dictis sententiis ex lectione mensae, reliquum tempus usq ad 12. plus inter se colloquiis, vel alia religiosis personis digna recreatione (exceptis Sermonum et ieiunior. diebus) transigent.

Hora 1a audito audito signo campanae (si tn bina refectio eo die fuerit) conferent se ad nonam cantandam.

Hora 2a pulsabitur primum signum in Eccla ad Vesperas, et tunc sine mora conferant se

445

rant se iterum ad lectionem in Commi. Quadrante ante 3am incipient Vesperas. Post Vesperas hora 4ta ibunt oes ad labores, quibus usq ad 5am incumbent.

Hora 5ta primum signum dabitur ad cœnam, et post quadrantem alterum. Diebus verò ieiuniorum primo quadrante post 5am primum signum ad Collationem dabitur et media 6ª alterum.

Medio quadrante ante 7am pulsabitur usq ad 7am ad Completorium. Post Antiph. Sub Dnā Universorum. Examen conscis durabit ad 3m quadrantem ante 8am Hora 8. sint in lectis suis.

Diebus sermonum pulsabitur ad Vigilias media 2ª noctis. Ad meditationem verò seu lectionem spualem ad Commū, si sermo in Caplō sit habendus, primo quadrante post horam 5am mane. In Vigilia autem sermonum ad Completorium pulsabitur quadrante post mediam 7am. Quibus diebus Examen Conscis finietur in Choro 2º quadrante ante 8am.

Per Quadragesimā: Uno quadrante ante 3am noctis surgent ad Vigilias. Diebus festis duarum Missarum et Dnicis hora 2ª. In festis omnis Missio media 3ª. Diebus verò Sermonum media 2ª.

Hora 6ª per Excitatorem ad meditationem in Commū faciend, signo campanæ convocabuntur Fres expleto iu primis Tribularer in templo.

Hora 7ª ad Missam primum signum dabitur, et elapso quadrante secundum: post quod immediate erit Missa, et post Missam 3ª cantabitur: qua finita ibunt ad Caplum, post quod Sacerdotes facient privata Sacra.

Hora 10ª pulsabitur ad 6am et 9am Quibus decantatis, reliquum tempus usq ad Vesperas insument in examine conscientiæ.

Hora 11. ibunt ad Vesperas, quibus persolutis ad prandium dabitur signum 1m et parva interposita mora subsequetur mox secundum.

Hora 3ª post meridiem conferent se rursus audito signo, ad lectionem in Commune.

Hora 4ª si pulsabitur ad labores ibunt, et usq ad 5am laborabunt. Primo quadrante post 5am ad biberes sive collationem primum audietur signum, et elapso quadrante pulsetur secundum.

Medio quadrante post mediam 7am ibunt ad Completorium quod more solito cum Examine conscis persolvent.

Hora 8ª sint in lectis suis omnes.

Quando fuerit festum 2 Missarum, tunc media 6ª pulsabitur parva campana ad lectionem et meditationem spualem, præmisso semper ut dictum est Tribularer suffragio

riores et caeteros offles sese reuerenter et humilr gerant.

17. Si Superior, vel Cellerarius aliquem reprehenderit, Donatus statim veniam petat et si culpa exegerit, ceruisia, et ferculo priuari potest. Inobedientes verò et peruersè obedientes; grauiori poena dignos, Cellerarius Praesidi denunciet, iuxta grauitatem culpae puniendos.

18. Donatus, qui Religiosum vel Conuersum mendacij arguerit, arbo Praesidis puniatur, si verò mala imprecatus fuerit, aut aliam contumeliam fecerit, iuxta modum culpae, modum teneat disciplinae.

19. Donatus qui artem Alchimiae vel quintae essentiae exercere praesumpserit, vel exercentibus consilium et auxilium praestat vel etiam instrumta pro hoc seruat, ab Ordine expellatur. Similr fiat, si infantem de S. Baptismate leuare praesumpserit.

20. Deniq singulae nationes has constitones Donatorum, in vulgari lingua habeant, illisq semel adminus in anno, nimirum feria sexta ante festum SSmae Trinitatis praelegi faciant.

446